1443 L. Domitio | . . . roti[1] vi|ro ex eques|tribus tur|mis egregio, | procuratori | metallorum | [*P*]ann[*o*]n. | [*et*] Delm[*a*]t., mi|[*r*]ae inte[*g*]ritatis | [*e*]t bonitatis, | M. Aur. Ru[*st*]icus | v. e., duce[*n.*], amico | praesta[*nt*]issimo.

Prope Srebrnicam Bosniae in argentifodinis rep. (III S. 8361 Domaszewski vidit ectypum). — 1) IFROTI *legit Domaszewskius; Erotis vel potius Nepotis cognomen Domitio videtur fuisse.*

1444 memoriae | Aureli Ca[*e*]|ciliani pra[*e*]|positi vectig|alium posui[*t*] Epictetus | alumnus.

Lugduni (Allmer et Dissard musée de Lyon 1 p. 180).

1445 M. Aurelio Basileo | viro ducenario, proc. | rationis castrensis, | ordo decurionum ob | tanto amore quam *(sic)* erga | patriam nostram praes|tare consuevit.

Interamnae ad Lirim (X 5336 vidit Mommsen). — Hic solus procurator castrensis innotuit dignitatis equestris, cum praeterea procuratores castrenses sint libertini (Hirschfeld Verw. p. 196).

1446 Palladi.[1] | Prudentissimo | et | benignissimo | patri | P. Aelio Dionysio | p. v. rationali | Vettenia Sabinilla v. V.[2]

Romae (VI 1587 bis vel ter descripta saec. XVII/XVIII). — 1) *Dionysii agnomen.* — 2) *Virgo Vestalis.*

1447 Sex. Caesio Sex. [*f.*] | Propertiano | flamini Ceriali | Romae, proc. imp. | a patrim. et heredit. | et a li[*b*]ell.[1], tr. mil. leg. IIII | Macedonic., praef. coh. | III His[*pa*]nor., hast. pura | et coron. aurea don., | IIIIvir. i. d., IIIIvir. quinq., pon[*t.*], | patron. mun.

Mevaniae in Umbria (XI 5028 descripsit Bormann mutilam, supplevit ex apographis priorum). — 1) *Paene certum videtur, ut exposuit Bo., Propertianum his muneribus functum esse sub Vitellio. Is enim munera huius generis antea a libertis geri solita in equites Romanos contulit (Tac. hist. 1, 58); legio autem quarta Macedonica, cuius tribunus antea fuerat Propertianus, post finem anni 69, cuius anni principio una cum reliquis legionibus Germanicis Vitellium imperatorem consalutaverat, non memoratur, exauctorata sine dubio a Vespasiano. Vitellium autem praecipue equites in exercitu suo Germanico stipendia facientes ad haec munera promovisse et per se probabile est et paene indicat Tacitus l. c., cum ait laudata militum alacritate Vitellium ministeria principatus per libertos agi solita in equites Romanos disposuisse.*

1448 Cn. Octavius Titinius Capito[1] | praef. cohortis, trib. milit., donat. | hasta pura corona vallari, proc. ab | epistulis et a patrimonio[2], iterum ab | epistulis divi Nervae, eodem auctore | ex s. c. praetoriis ornamentis, ab epistul. | tertio imp. Nervae Caesar. Traiani Aug. Ger.[2], | praef. vigilum, Volcano d. d.

archive.org